



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Anima conturbata in extremis, quomodò se consoletur. tit. 244

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

ANIMA CONTURBATA IN  
extremis, quomodo se consoletur.

TITVLVS CCXLIV.

**P**RIMÒ, angustiata anima de peccatis & timore damnationis, ante omnia debet recurrere & cogitare, propter quid Deus velit misereri peccatorum, & donare salutem, an hoc propter nostram sanctam vitam, meritum bonorum operum, & iustitiam &cæt. An gratis propter Iesum Christum filium suum, quem fecit victimam pro peccatis nostris, Esa. 53 & in illū posuit peccata nostra, & tunc debet concludere, & credere scripturis, quæ vbiq; docent, quod causa ppter quā Deus vult misereri, Christus est, non nostra iustitia legis, Rom. 3 quem cōstituit propitiatorem in sanguine suo, 1. Ioann. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis totius mundi, Ioan. 3. vt omnis qui credit in illū, non pereat. Summa, causa misericordiæ & salutis est Christus. Subinde, causa damnationis est infidelitas. Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.

Iste ergo est primus gradus, quo se turbata conscientia erigit, ne desperet in peccatis, quandò intelligit causam, cur Deus saluet aut damnet, & sic non ad partem latronis, Luc. 22, declinet, sed nec de propria iustitia efferratur, nec cum sinistro latrone desperet, sed intueatur in medio Christū pendentem, qui ideo cruci est affixus, vt sit ijs, qui credūt, causa misericordiæ atq; salutis. Hæc est magna consolatio, scire causam iustificationis & salutis.

Secundò, cognito hoc, quod Deus propter Christum vult saluare, tunc vltra oportet animam angustiatam Deo proponere Christum, & meritum victimæ suæ, dicendo: Domine Deus, tu fecisti filium tuū hostiā pro peccato meo, vt propter ipsum essem coram

MMm 5 teiu-

350 SVMMA DOCTR. CHRIST.

te iustus, sicut dicit Apostolus 2. Corinth. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum, nō nos iustitia Dei efficieremur in ipso. Et domine Deus, Fateor me esse meritō maledictum, & damnatione dignum, si vitam meam excussero: attrahe propono tibi illum, qui pro nobis factus est maledictum, Galat. 3. Hanc victimam tibi Deus proponit & rogo propter eum digneris nostri miserere, iuxta tuam promissionem, in quo complacuit tibi omnia reconciliari, Colossens. 1. Iste est secundus gradus, quo anxiata anima consolatur, nē despiciat: idē firma fide tenere debet, quod Deus hoc facit, acceptat victimam filij, & nostri miseretur sicut fecit mulieri, Lue. 7.

Tertiō, hoc in mente teneat firmissimē, Mat. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati ells, nihil te moueat prædestinatio, dignitas vel indignitas tua, sed certus sis, quia tibi Christus dedit fidē, ergo es de numero saluandorum, & quia propter meritum vici mā suā vult dare vitam, nihil te moueat, sed dole de peccatis admissis & crede, Marc. 1. Pénitentia, & credite Euangeliō & sic te commendas in manus Dei, sicut dicit Psalm. 36. In manus tuas commendō spiritum meum. Relinque mundo, quæ mundi sunt.

MORIENTIBUS CUR SE  
cramenta porriganter.

TITVLVS CCXLV.

**P**RIMÒ notandum, quod tria terribilita inuadunt & angustiant animam ante exitum. Primo mors, quæ separat nos a charis amicis & mundo: Secundo pectoralis, quod separat à Deo: Tertio, infernus, qui craciat aeternaliter. Primum est terribile. Secundum, terribilis. Tertium, terribilissimum. Hoc dicitur.